

Sacra Chronologia Synopsis complectetur studiū
 Chronologicū amantissimas: Si ante ambulationes
 confeceris, argumentum de Scriptura S. autho-
 ritate, unde sit apud homines sententia gravissimum
 pauci parci adhuc diligentia videbitur discussum,
 et sophistis excusum, comprobationem juris et fa-
 sti sui in Ecclesia reprobatione, quā divino afflatū
 iam recipatur, tam solidā brevitate explicatam
 L. M. Q. leges, gratiasque habebit fortissimas His,
 Xias. Talia ad me Hefias. Mitto igitur de vinum
 Proprie sum, veste ornatum novā, ut ut eum an-
 te ambulationibus atque pedisequis. Venientem, Prin-
 cepe Cimentissime, tu quāso suscipe, loquentem
 audi, tacentem lege. Sig. afferre videbitur Xgh,
 vixit xai orbi qua, Pareum clementia eā, quā soles
 Celsitudinis atque Dignitatis Tuae studiissimos,
 complectere es vale. Deum patrem misericor-
 diarum toto pectore vivo, ut Celsitudinem Tuam
 Republica et Ecclesia diu facatur in columnam atque
 florentem. Heidelbergae 5. Julii Septembris.
 Anno 1605.

611

D. Isaaco Genio

Salutem à Domino Jesu!

Cum sententiam suam regi disautptos N. mordicq
 tuetur, seis quanto scandalo turbaverit fratres
~~sum~~ Gallos. Atqui salvā conscientia cavere id
 poterat, non nisi de nimis urgendo exclusivam suā
 circa iustitiam nostrā meritum in sola Chri-
 sti morte, cum Scriptura eam nec urgeat, nec
 habeat. Ego ut à partitione iniquitatis nimis

103
arguta, ita ab exclusione justitiae vitae semper ablon-
mi: et hoc forte e, quod apud Dr. Munsterum vidisti
me in Calvinij sententia justit. lib. cap. 16. §. 5. liben-
ter acquiescere. Nec ab ea revera dissentit N. si
se recte intelligere & aut explicare & . Nam sicut in
morte Christi proprie est satisfactio pro peccatis
nostris: ita in eadem cum propria obedientia pro
nobis meritum justitiae nostrae consistit. Quid ita?
Quia nulla res proprie simul est satisfactio et meri-
tum. Nulla inquam satisfactio est meritum: nul-
lum meritum est satisfactio per se. Cur? quia satis-
factio est debiti, meritum indebiti prestatio. Mors igitur
Christi proprie satisfactio et meritum esse ne-
quit. Et est tamen utriusque acceptance Dei.
Quomodo? ut mors quidem pro nobis praestita sa-
tisfactio: quia per mortem satisfactum est ~~me~~
justitiae et veritati Dei: Morte morieris. Ut vero
mors conjuncta cum obedientia vitae, etiam meri-
tum: quia per obedientiam eam aliquid indebitum
accepit satisfactioni: quod cum fit satisfactioni
meritum accrescit. Quid, inquit, indebitum, cum
omnis homo sit debitor legis: debita igitur est
Christi hominis obedientia vitae? Esse. Omnis homo
debitor est legis vel ad obedientiam, vel ad poe-
nam. Ad utrumque simul nullus obligatur salva
Dei justitia. Et Christus tamen utro ad utrumque
obligari voluit, utrumque etiam praestitit pro nobis.
Ergo indebitum quid praestitit, praestans legi utrumque,
obedientiam et poenam. Ut igitur satisfecit mori-
endo, ita meritus est in super obediendo. Cum debitor
relinquit debitum, satisfacit, sed nihil merebitur. At cum
plus relinquit, quam debet, per indebitum officium.

Satisfactio cedit in meritum. ita Christus debitam
pro nobis mortem subeundo peccata eluit per satis-
factionem: in debitam simul obedientiam presta-
do, justitiam reparavit per meritum. At inquit,
remissio peccatorum et imputatio justitiæ idem
sunt. Sane Tā Erat sunt non Tā Nō Est. Nam
Nō Est illius est privatio mali; huius positio boni
saltem per imputationem. Nihil igitur impe-
dit utramque ab eadem quidem, sed diversimodè
affectū causā pendere. Ad argumentum ergo N.
Propter quam rem Deus remittit peccata, propter
eandem imputat justitiam.

Propter solam mortis obedientiam remittit
peccata.

Ergo propter hanc solam imputat justitiam.

Primo exclusiva solam obedientiam mortis in mi-
nore non est in Scripturis, est enim alia quoque obedi-
entia vite, deinde, eā concebitur. Major non est simpli-
ter vera, quia non est eadem causa utriusque simpli-
citer. Remissio peccati est ex satisfactioe per mor-
tem: imputatio justitiæ est ex merito per totum
obedientiæ cursum propriè. Hanc distinctionem
in argumento apostoli observare poteris. Rom.
5. v. 18. 19 si rectè perpendaris. Et nisi observes,
ex argutis Socini hæretici contra Christi satis-
factionem nunquam te explicabis. Sed de his se-
ris. Heidelbergæ. 2. Martij 1605.

(2.)

Clas. D. Pares D. Joh. Guil. Stuckius
S. P.

Pro bua erga Sprunglium et Hoffmeisterum civem
stros humanitate gratias ago maximas, quia ubi
nam sese ambo dignos prestat, hoc est bene ho-
nestèq; se gerunt, simpliciter, quos M. Christmannus